



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1845**

VIII, Otto, Herzog von Braunschweig und Lüneburg genehmigt diesen Verkauf, am 24. Juni 1293.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54414)

VIII. Otto, Herzog von Braunschweig und Lüneburg genehmigt diesen Verkauf, am  
24. Juni 1293.

Otto, Dux de Brunswic et Luneborg salutem. — Ad eunetorum — cupimus notitiam pervenire — quod — Honorabilis Vir, Prepositus — Monasterii in Ebbekesthorpe decimas Lembeke, Bolteffen et Hanhusen a Thiderico dicto de Monte, Wenero de Schulenborch militibus nostris ita quod dictarum decimarum et eujuslibet per se unam medietatem a Thiderico — reliquam quoque medietatem — a Wenero — titulo emptionis comparavit, prout in literis a memoratis Thiderico et Wenero super premissa emptione confectis evidentissime declaratur. Ut igitur huius modi emptio et venditio coram Nobis rationabiliter facta simulque Nostra ratificatio immutabilis roboris fulcimentum forciatur presentem paginam — Nostri sigilli typo mandamus roborari. Datum et actum Luneborg anno Dom. M. CC. XCIII in die Natali b. Johannis Baptiste.

Nach Pfeffinger a. a. D. S. 622.

IX. Dietrich de Monte und Werner v. d. Schulenburg zeigen ihrem Lehnsherrn dem Grafen von Schwerin an, daß sie die Zehnten in Lembecke, Bolteffen und Hanhusen an das Kloster Ebstorf verkauft haben, am 12. Januar 1294.

Nobilibus viris — Helmoldo et Nicolao — comitibus de Schwerin Thidericus de Monte et Wernerus de Schulenborch milites — obsequium — Decimas Lembeke, Bolteffen et Hannusen, ita quod unus nostrorum eujuslibet decime unam medietatem, que a vobis — tenemus — in pheodo, vestre nobilitati sub ea forma, quam — prepositus in Eppekestorpe habuit, qui dictas decimas a nobis — titulo emptionis comparavit — per presentes literas resignamus et coram vobis — conabimur resignare. — Datum Luneburch Anno millesimo ducentesimo nonogesimo quarto, pridie id. Januar.

Nach Lenz Markgr. Brand. Urk. S. 907 verglichen mit einer Abschrift im Schul. Archiv zu Salzwedel.

X. Arnold von Bodensede verkauft einen Hof in Bissum, am 1. April 1295.

Nos Wernerus de Schulenborch, Hinricus de Bodensede, milites omnibus — salutem. — Nos — protestamur quod Arnoldus filius Arnoldi militis bone memorie dicti de Bodensede vendidit Johanni dicto homan nec non Bernardo dicto de bleckede Curiam — in villa visczem pro IX marcis Stend. soluentem annuatim in redditibus II choros filiginis minus modio et XXVII denarios ac pullum cum decima quam dictus Arnoldus contulit pretactis duabus personis una manu iure pheodali — Datum anno M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. XCV<sup>o</sup>. in bona sexta feria.

Aus dem Copiar. des Kl. sancti spiritus vor Salzwedel, abgedruckt bei Gercken diplom. vet. March. I, 281.